

Herr Bibliothekar Da Re fand in den Antichi archivi Veronesi einen Pergamentrotulus¹, auf den er alsdann Herrn Collegen Bresslau gütigst aufmerksam machte. Bei beschränkter Zeit konnte dieser nur einen Theil abschreiben, und jener hatte nun auch die Gefälligkeit, die ganze Arbeit zu vollenden. Herrn Da Re gebührt um so wärmerer Dank, je umfangreicher das Aktenstück und je undeutlicher die Schrift ist.

Die Veneris, qui fuit duodecimus intrante mense Decembri, in civitate Veronensi, in domo Gebetani de Pas-
sionis, in qua consules Veronenses tenebant placita, in
presencia magistri Bonifacii Neroti, causidicorum Marcii
de Castello, Nordillini Girardini de Simone, Isnardini de
Cipellono de sancto Georgio et Isnardini de Coranto et
aliorum plurium, rogatorum testium specialiter ad hoc.
Ibique domnus Thomasinus² et eius frater per se unus-
quisque et fratrem Albregetum coram domno Omnebono
episcopo Veronensi et comite Sauro³ Veronensi et Cozone
et Leonardo consulibus Veronensibus protulerunt Richar-
dum de Venosto de loco, qui dicitur Sclandre⁴, pro suo
teste causa publicandi ad inveniendam per eum veritatem,
quomodo et qualiter domnus Adelardinus de Lendenaria
invenit per suum nuncium Gebetum⁵, videlicet iurisditio-
nem⁶ Gebeti, et qualiter investitura feudi facta fuit a duce
Enrico Saxonie per consensum imperatoris de cucto⁶ illo
honore, quod ille dux et imperator habebant in Gebeto, et
illam iurisdictionem⁶, quam in Gebeto habebant, secundum
quod ad regnum et imperium pertinebat, causa publicandi
ad hoc ut in isto placito, quod domnus Thomasinus habet
modo cum vavasoribus de Gebeto vel cum omnibus aliis⁷,

1) Archivio notarile Rotolo n. 2. 2) Von Lendinara, westlich
von Rovigo. 3) Von S. Bonifacio, östlich von Caldiero. 4) Schlan-
ders im Vintschgau. 5) Zevio, westlich von Caldiero. 6) Sic!
7) Nämlich am 20. Januar 1182. Auch da kam der Widerspruch zu leb-
haftem Ausdrucke. Ein gewisser Gafaro erklärte, *ch'egli non credeva, che*
quei signori di Lendinara avessero giurisdizione nella terra di Zevio. Das-